Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Opera

Priscianus

[Venedig], 15. Dez. 1481

Volumen prisciani de octo partibus orationis [...] explicitum est

urn:nbn:de:bsz:31-324175

Visual Library

Sume dehinc aurum. cui pars argentia mixta eſt
Argentiq; meri per pondus: itemq; ſubunda
Lancibus impoſitum expecta propenſior auri
Materies ſubſiſtet enim: furtumq; docebit
Nam ſi ter ſenis ſuperabitur altera drachmis
Sex ſolas libras auri dicemus ineſſe:
Argenti reliquum quia nil in pondere differt
Argentum argento: liquidis cum mergitur undis
Hæc eadem puro deprendere poſſumus auro
Si par corrupti pondus pars altera geſtet
Nam quotiens ternis pars illibata grauarit
Correptam drachmis ſub aquam totidem eſſe notabis
Argenti libras: quas fraus permiſcuit auro:
Pars etiam libræ quæuis ſi forte ſuperſit
Hæc quoq; drachmarum ſimili tibi parte notetur
Necnon ſine aquis.

Volumen priſciani de octo partibus orationis: de conſtructione: de duodecim carminibus: de accentibus: de numeris & ponderibus & menſuris explicitum eſt.

Anno domini. M. CCCC. LXXXI.

Priſcianus grammaticus de præexercitamentis rhetoricæ ex Hermogene tranſlatis.